



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De Confessarij prudenta in dirigendo Poenitente ad contritionem
executioni mandadam,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

aduertat peccator inderatus, quem suus tam miser status nihil mouet, quod in manu sit Diaboli carnificis saeuissimi : à quo dicitur ad aeternum gehennæ supplicium: quandoquidem vita haec nostra cursus est ad mortem, quam feuerum Dei iudicium sequitur, & cum eo supplicium peccatoribus impeditentibus constitutum. Dicitur vero quasi obuerso dorso : ne ollam succensam sibi paratam videns, terreatur. Misereatur miser anima sua & dum ei conceditur remedium penitentia ad se liberandum, illo vratur: cum ad id non defuerit ei invitationes diuinæ misericordiz: tum per interiores inspirationes, tum per exercitores monitiones sue prosperitatum sive afflictionum, sive etiam concionum ac bonorum exemplorum se offerrunt. Quas imitationes, qui contemnit, quam male sibi prospiciat pro eo tempore quo (ipso eriam) Dæmone urgente vt in desperationem inducat compelletur ad tribunal tremendum & supplicium horribile faciem conuertere. Erit dum potest comminationem factam prouer. i. Quia vocauit & renuit, extendi manum meam & non fuit qui aspiceret, despexit omne consilium meum & in ceterationes meas neglexit, ego quoque in interitu vestro ridebo.] dumque licet dicat Hubermann Peccati, cuius singula literæ indices illi esse possint misericordia, in qua veratur: puta 1. præmis meritorum omnium priuatum. 2. egredit opressus. 3. coedita è mentis percussus. 4. charitate diuina spoliatus. 5. amaritudine repletus. 6. vlam percutoris ingressus. 7. iram Dei meritum; certè si de pulsa mentis caligine posset feriò dicere. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper: serio quoque versuspare illud, Mihi erere mei Deus secundum magnum misericordiam tuam, &c.

CAPUT SEXTVM. De confessarii prudentia in dirigendo Pœnitentiam ad contritionem executioni mandandam.

S V M M A R I V M.

- 78 Maxima Dei misericordia in peccatore, qua pro illius ad pœnitentiam vocandi, misit unigenitum Filium suum.
- 79 Misericordia qua homines peccatores ad ipsum reverentes recipi.
- 80 Misericordia qua benignissime ad se vocat, patientissimeque suffert peccatores.
- 81 Misericordia qua velut in naturali propensione miseretur peccatoris.
- 82 Misericordia liberalissime offerenti peccatori veniam suorum peccatorum.
- 83 Nulla est gratias aut multitudine peccatorum ob quam Pœnitentia desperandum sit de Dei misericordia: & qualiter ad spem concipiendam ex isti posse.
- 84 Continuatio diuinorum in nos beneficiorum tum communium tum particularium.
- 85 Dignitas contritionis.
- 86 Facilitas tum etiadi aeternam damnationem, tum gratiam & cetera diuina dona recuperandi, tum etiam consequendi vitam aeternam beneficio contritionis.
- 87 Utilitates contritionis, repurgandi animam à peccatis claudendi infernum & aperiendi celum.
- 88 Non esse astidiam contritionem ob illius difficultatem.
- 89 Rationes quibus potest Pœnitentia dissuaderi contritionem dilatatio: ac primo ex periculo in morte.
- 90 Deinde ex difficultate quam talis mora parit resurgentia peccato: & facilitate quam adserit labendis in nouum peccatum.
- 91 Postremo ex miseria que in tali mora notatur.
- 92 Illusio Demoni in nettenda tali mora.

VT nonnulli corpore ægris vsu venit, desiderare quidem liberationem à morbo, quo detinuntur, propter multitudinem tum commodiarum quibus priua: tum incommodatum quas adserit; auersari tamen sumptionem eiportionis ad illam consequendam necessaria: sic eriam quibusdam peccatoribus contingit, vt optent quidem peccatorum suorum, præsertim mortalium, remissionem tota: quae ante dicta sunt detrimenta adserent: auerterent tamen executionem contritionis nec essentia: ad eamdem remissionem: quod prouenire potest, vel ex quadam desperatione consequendi tales remissionem: vel ex quadam horrore contritionis tanquam ex naufragio potionis amarae ægro obla-

ta: vel ex quadam socordia per quam illius executo differatur de die in diem: vel deniq; ex ignorantia modi eam exequendi, quæ anxiū reddens, ab ipsa executione auocat. Quæ cum ita sint, prudentia erit Confessarij primò Pœnitentem suum cum necessarium esse viderit, in spem diuinæ misericordiæ erigere. Secundò ei grata reddere contritionem. Tertiò dissuadere illius dilationem. Quartò rationem illius exercenda ei tradere: quam per se quemur separatim in sequenti cap. De ceteris vero dicimus in praesenti.

De erigendo Pœnitente in spem diuinæ misericordiæ.

S E C T I O I.

Pertinet igitur primò ad istiusmodi prudentiam Confessarij, vt pœnitentem erigat in spem venienti à Deo consequendæ, curio illam aduertit ita perterritum consideratione diuinæ iudicij, & multitudinis ac gratuitatis suorum peccatorum ut ad desperationem inclinare videatur. Ad id autem confesse potest commemorationis miserationum, quas Deus exerceat, exercitusque in peccatores: sicut commemorationis iudiciorum confert ad durum perrrendum.

Principalis autem huiusmodi misericordia, est quod Dei filius venerit peccatores ad pœnitentiam vocare Matth. 9. atque adeo nascens dederit se in socium, cōfiscens in eduliu, moriens in premium, regnans daturus se in premium Numeri, unigenitus Dei filius per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil quod factum est: de fini Patris in terram descendens ut queraret & saluum faceret quod perierat: non tantum se exhibui peregrinationis nostræ sociū, sed etiam in ea mortem acerbissimam pro nobis passis est. Immo & leipsum in eadem dedicin cibum, datus in patria, quod disposuit nobis regnum, vt edamus & bibamus super mensam suam in regno suo.] Luce 22. Vbi & Aduocatus noster est apud Patrem, & propitiatio pro peccatis nostris] prima Ioan. i. Hæcque sunt vnguenta pretiosa, quæ diuina bonitas in nos peccatores effudit, vt post se traheret, & in eorum curreremus odorem (quod petit ippon. a. Canti. i.) confidentes in ea charitate ineffabilis qua sic dilexit mundum ut unigenitum suum daret, vt omnis qui credit in ipsum non peccat sed habeat vitam aeternam.] Ioan. tertio. quaque idem Filius humiliavit se in ipsum factus obediens vique ad mortem, mortem autem crucis] ad Philip. 2. vt exaltatus à terra omnia traheret ad leipsum] iuxta ipsius predicationem Ioan. 12. Et ergo dissidemus de eo qui proprio Filio non perficit, sed pro nobis tradidit illum: quomodo enim non etiam omnia nobis cum illo donabit?] vt D. Paulus argumentatur ad Rom. 8. Quin potius, hauriemus aquas de fontibus Saluatoris] iuxta predictionem Isaie cap. 12 hoc est. Ex seria consideratione corrum quæ Christus pro nobis egit & passus est, spiritales lachrymas cœbimus, compungemur de tanta tanque enormi nostra in gratitudine, quanta est peccantium in talium beneficiorum largitorum amantissimum: ratione quorum infinitis nominibus, illi omnis laus, honor, & gloria, perpetua gratiarum actio, perpetuumque obsequium à nobis debetur.

Altera militerat est qua peccatores reverentes ad se recipit benignissime, prout ostendit parabola de prodigo Lue. 15. Neque eos exhorrebit, quantumvis abominabiles: sic enim non exhorruit constitem latronem, nec lachrymantem peccatricem, nec Chanazam supplicantem, nec deprehensum in adulterio mulierem: nec sedentem in telesio Martiæ, nec orantem publicanum: nec disciplulum negantem, nec persequentem Apostolum, nec demum suos crucifixores ad ipsum reverentes reiecerit: pro quibus ipsum tidentibus, otulit pendens in Cruce. Quam primum David Pœnitens dixit [Peccavi Domino] audituit a Propheta: Dominus quoque transfluit peccatum tuum.] 2. Regum 12. Factinorofissimæ reges (Manasses inquam, 2. Paralip. 33. & Nabuchodonosor, Dan. 4.) conuersi ad Deum, statim sunt ab eo misericordiam consecuti. Hinc ipsis David psal. 76. Nunquid in aeternum proicit Deus, aut non appone: vt complacitor sit adhuc: aut in finem misericordiam suam abscondet à generatione in generationem: aut obliuiscetur milereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas?

Tertia

80. Tertia misericordia, est benignitatis patientia & suavitatis, qua virtus in reuocandis ad se peccatoribus in viam salutis. Hanc ostendunt tum illud Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati esis, & ego reficiam vos] tum illud Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pullo, si quis audierit vocem meam, & aperuerit, intrabo & coenabo cum illo, & ipse mecum] tum etiam illud Isaia 3 Exspectat Dominus ut misereatur vestri & ideo exaltabitur parvus vobis] & in sequent. cap. 4. Conuertimini ad me & salutem omnes fines terrae, quia ego Deus & non est alius.] Ecce qui non minus nos, quam Angelos peccantes, posset statim in infernum præcipitare, & alios Abraham filios sibi de lapidibus excitare.] Matth. 5. non modo tempus ad horrendum illud supplicium per Pénitentiam euadendum, misericordissime concedit (misericordia enim Domini quod non sumus consumpti Thren. 4.) sed etiam ad vendendum beneficium insigni, benignissime inuitat.
81. Quarta misericordia est, qua velut naturali propensione Deus miseretur peccatoris: & quasi inuitus ad illius punitionem procedit. Hinc Ezech. 18. dicitur nolle mortem peccatoris sed magis ut conuertat eum & vita:] & Ecclesia ipsius orans ait: Deus cui proprium est misericordia temper & parcere.] Sicut inimicum proprium est apud semper inellsificare: non est autem pungere, nisi cum irritantur ita Dei proprium est semper misericordia: punire autem solummodo cum provocatur. Unde tanquam ab hoc alienus nobis proponitur per illud Isa. 28. de ipso dictum. Irascerit, ut faciat opus suum, alienum opus eius ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.] Et per illud in precedenti cap. 1. Heu consolabor tuper hostibus meis & vindicabor de inimicis meis.]
82. Quinta misericordia est, liberalissime offertentis Pénitenti veniam suorum peccatorum: perinde ac si reum lexa maleficiatum extremo supplicio afficiendum. Rex ad te vocatum inuitaret ad perendam veniam, libentissime concessurus eam Pénitenti, & emendationem ex animo pollicenti. Hanc indicant tum illud terem. 3. Tu fornica a eum cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me & suscipiam te.] Et paulo post. Sicut in modo voca me, pater meus, dux Virginitatis meae tu es,] tum illud Isa. 49. Numquid obliuisci potest mulier infante suum vt non misereatur si iovi vici fai: & si illa oblia fuerit, ego tamen non obliuiscar tui,] tum Demum illud (vt cetera omitant) Cant. 4. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis:] Ex cap. 6. Reuertere reuertere Sunamitis: reuertere reuertere & in tueamur te.]
83. Ne autem quis ob grauitatem aut multitudinem suorum peccatorum se a tanta benignitate excludi existimat debet, facit illud Domini Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati esis & ego reficiam vos.] Qui enim omnes dicit, nullum excipit. Igitur quisquis est tanaro animo hortante Davide in Psal. 33. gustet & videat quam suavis est Dominus: sibique persuadeat, quod is solus sit vir beatus, qui sperari in eo.] Et enim vocans eum ad se care, tantum dicere potest, inficiam: mundus vero, desificia: & Diabolus, decipiam ac interficiam, solus autem Christus, reficiam. Quid ergo restat nisi ut statuat apud se cum eodem Danide Psal. 72. Mihi adhætere Deo bonum est, & ponere in Deo Spem meam:] & ut in spiritu humilitatis animoque contrito cum eodem, in Psal. 34. precetur. Dican anima mea salutis tua ego sum,] & cum: Iob cap. 13. Manum tuam longe fac a me & formido tuo non me terret.] Ac demum scipsum exciter ad sentiendum de Deo in bonitate per illud Psal. 41. Quare tristis es anima mea & quare conturbas me? spera in Deo, &c.] & illud Psal. 102. Benedic anima mea Domino & noli obliuisci omnes ieiunctiones eius. Qui propitiatur omnibus iniuriantibus tuis qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat de misericordia & miserationibus, &c.] Illum autem ad hæc, isto ferè modo hortari poterimus. Ne quæso fugias bonus pastorem, qui pro ouibus animam suam posuit: & post errantem vadit, & querit, inuentamque imponit humeris, & Iesus reportat ad ouile Luca 15.] Pius Samaritanus (Luca. 10.) te spoliatum & plagis impositis semiuinuum relictum, iumento suo imponet & de tua curatione erit sollicitus. A spicie adstantem tibi, sequed-
- mittentem, ut te iacentem subleuet, & audi exigentem tuum concursum per illud 1er. 1. Conuertimini ad me ait Dominus exercituum, & ego conuertar ad vos,] ac etiam per poenitentiae præceptum à quo suas condescensiones inchoauit ex Matth. cap. 4. cum dicitur. Ex inde coepit Iesus prædicare & dicere, Pénitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.] Audi pro cor benignissimum illam cohortationem Domini Dominantium Ezech. 18. Prolixice ut vobis omnes prævaricationes vestras in quibus prævaricari estis: & facite vobis cor nouum, & spiritum novum. Et quare moriemini domus Israël? quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus: revertimini & vivite.] Animaduerte queso, quod constrictus peccatorum mortum funibus, tenaris a Diabolo captiuus, ad ipsius voluntatem excarnificandus: quodque tibi Christus occurrat ultra offerens libertatem filiorum Dei, si penitentem velis. Id quod te facere, & eft rationi consentaneum: & tibi facile: pfo præsertim opem ferente iuxta illud promissum suum Ierem. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos.] Quod facturus es pro temporali corporis tui vita (stradius carnifici exwendus flampus, te ad se Rex benignè inuitat, & penitentipoliens liberationem a supplicio: & suppeditationem necessariū ad vitam incundam) ne detracte facere pro æterna anima tua morte vitanda, æternaque vita consequenda. Tanquam alter Saulus (Actorum 7.) persecutus es Christum peccando (Iuxta illud ad Heb. 6. Rursum crucifigentes Christum in semetipsis) circumfulget lux de celo: grata felicitate Dei te præueniens, audi intactus vocantem & dicentem: quid me persequebis? & responde humiliter, Domine quid me vis facere? atque ad Ecclesiam: illeque ad te diriget, à quo audias quid te oporteat facere: nempe idoneum Confessarium tanquam alterum. A sanctam: cui obediens ipse restituit te spirituali sanitati per abolitionem sacramentalis: squamis peccatorum cadentibus de oculis cordis rui, ut visum recipias ad videndum & gustandum quoniam suavis est Dominus & quod Beati qui sperant in eo Psalm. 33.]
84. Postrema misericordia cæteras complectens numero plurimas, est continuationis diuinorum in nos beneficiorum tam communium, quam particularium, quibus nos Deus ad se allicit ad instar mulieris grana manu deicientis in terram, ut pullos certa voce vocatos attrahat ad se. Communia beneficia inducantur in Symbolo Apostolorum, & reducuntur ad creationem, redemptionem, iustificationem & glorificationem. Particularia vero diuersorum, à quibus ea notari debent, quia plurimum valent ad erigendos ipsos in spem diuinæ misericordia, & ad admittendam cum perfecto voluntario consensu præparacionem, quamodo admirabilis peccatorum, etiam alia cogitantem, dignatur Deus disponere ad diuinæ suæ gratiæ receptionem. Qui modus talis esse solet. Primo mentem occupans, etiam si illustrat, ut moueat ad cognoscendam rerum caducarum vilitatem, & ad considerandum vitæ propriæ statum, possidit ei ante oculos periculis in quibus versetur. Deinde timorem diuinorum iudiciorum inuictat. Tum ad spem venienti consequendam eum erigit ex confidatione infinitæ misericordia diuinæ: ex eaque (in indignos & ingratos summam Dei bonitatem ostendente) tandem perducat ad affectum pietatis erga Deum ipsum: ex quo affectu sequitur dolor de commissâ eiusdem offensa; seu contrario, quæ est proxima dispositio ad ipsam diuinam gratiam recipiendam. Quia nihil potest nobis contingere melius, nec fructuosis: ut pote quæ conciliatrix est bonorum, & expultrix malorum, de quibus dictum est in precedent. capite.
- De contritione reddenda Pénitenti grata.
- S E C T I O N I I .
- Pertinet secundò ad propositionem Confessarii prudentiam, ut cum notauerit suum Pénitentem auctoritaria ut fidei confessionem, conetur, eam illi reddere amabilem & gratam: quod cum Dei auxilio obtinere poterit maxime, proponendo illi ciudem contritionis tum dignitatem eximiā, tum etiam vilitatem maximam.

De dignitate contritionis ex illius effectu. §. 1.

85. **D**ignitas autem in hoc consistit, quod à Deo tanti fiat, ut per eam facilis sit, non modo emundatio à turpissima peccati macula: sed etiam easio mortis aeternæ, & recuperatio gracie perdita, ceterorumque donorum, quæ cum ea datus Spiritus sanctus effundit in corde accipientis: (*ad Rom. cap. 5. versu 5*) & deum a proprio vita aeterna. Quibus nihil optabilius potest esse peccatoris serio consideranti, ante le quidem tremendum tribunal diuinum iudicij, ad quod incessanter properat propiusque quotidie accedit, sicut & ad mortem, cui illud proxime succedit, dicente Apostolo ad Hebr. 9. Statutum est h o m i n i b u s semel mori, post hoc autem iudicium. Post se vero multa peccata commissa & merita omnia amissa: iuxta illud quod de iusto avertente & à iustitia sua, & faciente iniquitatem, dicitur *Ezech. 18.* In iustitia eius quas fecerat non recordabuntur.] Supradictum, Deum iratum & ad puniendum paratum: *iuxta illud Psalm. 7.* Deus iudex fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies: nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum terendit, & paruit illum, & in eo paruit vala mortis.] Infra se porro, Infernum, hoc est, *ex Iob. capite 10.* Terram misericordia, & ipso locum tormentorum, tumanius tum etiam corporis: tum quoad rotam substantiam, tum quoad omnes facultates: omnisque consolationis a deo expertem; ut cruciato in flamma; ne qui lem aquæ guttula superpet ad lingua refigeratio nem *Luce 16.*] Terram item celebatur: ipso que conuersa in sulfure, & torrentes ipsius in pice ardente (*ex Isaiae cap. 34. versu 7.*) est ad instar elubani ignis (*ex Psalm. 20. versu 10.*) flammam intras reincidentis, ex fumi abundantia totam caliginosam & tenebrosum. Vmbra porro est mortis: quia cum liberi miseri maximos patianur dolores & angustias, iis comparando qui acerbissimi contingunt morientibus; non tamen ideo moriuntur, *iuxta illud Apoc. 9.* Desiderabant mori & mors fugiet ab illis.] Vbi præterea nullus est ordo: quia omnia ibi geruntur cum depravissima voluntate. Semipertinat quoque horror inhabitat: ex parte variate, & ex tortorum saevitia, *qui ex terem. cap. 16. versu 13.* nullam dant requiem: & ex vocibus clamantium & ululantium pre dolore, *ex Isaiae cap. 65. versu 14.* ac deum exflammæ obsecrante & timore cum formidine. Illic enim ignis crucians, non illuminat, nec metus amittitur, cum semper tolerari incipiat quod timebatur. Ad quam terram finali sententiâ Christi, relegandi sunt peccatores cruciandi cum Diabolo & Angelis eius *Math. 25.* Denique confiderant dextris quidem, cives celestes contra istos de ipsius statu perditionis: à sinistris vero, Dæmones venentes ipsum captivum executuri dictam maledictionis sententiam. Quæcum ita sint, atque aduersus talia contritus sit speciale ac singulariter remedium: dubium non est quin maximè optabilis sit, gratissima debeat esse euiliber (*iuxta Sapientiam montium Ecclesiastici, cap. 30.*) Miserent animæ sua placendo Deo. Quod enim per eam possit peccator tot actanta incommoda evadere: constat ex dilatio illo promissio *Ezech. 18.* Conuerterint & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.]

Quam facile ex contritione effecta illius sequantur. §. 2.

86. **I**am vero facilitas, cuius meminimus evadendi poenam aeternam per contritionem, declaratur exemplo illius qui in scelere deprehensus à Iudice, sine tergiversatione damnatur morte, & constrictus vinculis ad patibulum ducitur. Semper enim sumus in conspectu Dei, siue bene siue male agentes (*iuxta Iudicium. 11. 18.* Omnes vien cae in conspectu tuo.) siue comprehensus in operibus manuum suarum peccator (*Psalm. 9. versu 17.*) siue tergiversatione mortis sententiam accipit *iuxta illud Ezech. 18.* Anima quæ peccauerit ipsa mortierit] & illud *ad Romanos 8. Siquidam peccati mortis.*] Atque peccatorum suorum quasi funibus constrictus peccator Proverb. cap. 5. ad patibulum, quod tanquam alter Amor sibi in inferno exercit, ducitur; supplicium ignis aeterni subiuratur: quod sine difficultate evadere potest contritus, dicente Deo *Ezech. 18.* Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis vita vivet & non morietur.

Facilitatem quoque gratiam & alia diuina dona ac merita perdita recuperandi per contritionem, ostendit parabola de prodigo *Luc. 15.* cui pater penitentis, & ad se reverenter obuiavit dato amplexu; stolam primam, calceamenta in pedibus, annulum in manu dedit. Sic enim Deus peccatori vere penitentem restituit gratiam cum donis supernaturibus eam comitantibus, & meritis bonorum operum antea factorum in gratia. *Quare in tomo opusculorum, opus. 5. Suarez.* in qua immorari non est praesertim infinitum. Facilitas demum vitam aeternam post admisum peccatum consequendi beneficio contritionis, illa fratur exemplo illius, cui cum paucissimum beneficium Papa pollicitus esset, si bene se gereret in suo obsequio; aliquid comisit, propter quod dilectus mutauit eam suam voluntatem: qui tamen eidem proponit optionem, vt si de tali offensa doleret ex animo, emendationisque firmissimum propositum coepiat, fructus promisso. Cuiusmodi optionem peccatori penitenti Deum similem dare in ordine ad regnum celorum, sat is indicant verba illa Domini nostri *Math. 4.* Penitentiam agite, approximauit enim regnum celorum.] Et illa *Ecclesiastici 12.* Altissimum odio habet peccatores, & misertus est penitentibus; restituendo felicitatem suæ gratiae, vt tandem faciat participes suæ gloriae: *iuxta illud Psalm. 83.* Gratiam & gloriam dabit Dominus: non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.]

De utilitatibus contritionis. §. 3.

87. **Q**uod attinet ad utilitates contritionis ex sunt: tum tres iam memoratae, ex quibus tanquam principis, & ex auctoribus ipsius dignitatem: tum aliae multæ eisdem coniunctæ. Contenti enim tres referre. Prima est, repurgatio nisi a peccatorum foribus & corruptione: unde censor potest contritus, fons ille potens domui David in ablationem peccatorum: *de quo terem. 13.* & comparari illi amatae portioni quæ datur infantibus ad repurgandum veribus stomachum ipsorum: aut etiam mari caduera prolixi ad litora. Cui utilitas alia duplex maxima, coniuncta est; tum ut alma sit habitat Spiritus sancti, quæ erat Demonis, *ex cap. Resuscitatus De penitentia distinct. 1.* tum ut cum remissione peccatorum consequatur restitutio præcedentium meritorum. Opus enim Diaboli non est foris & efficacius opere Christi. Si ergo peccatum destruit gratiam & charitatem cum omnibus præcedentibus meritis: deleto quoque peccati, quæ opus Christi est, peccatum ipsum sic destruit, ut simul reparet quidquid per illud fuit perditum. Hinc in libro *De vera & falsa Penitentia cap. 14. tomo 5. operum D. Augustini* dicitur: *Pium est credere ut recepta Dei gratia, quæ in Penitente destruit mala priora etiam remuneret bona: ut cum destruxerit quod sanum non inuenit, amet & diligit bonum quod etiam in peccante prius plantauit.* Figura eius rei habetur in eo quod *Ioannis 2. ait Deus: Reddam vobis annos quos comedit locusa, bruchus & erugo.*]

Vilitas secunda est, quod contritus extinguat inferni in diendum *iuxta illud ante citatum ex Ezech. 18.* Convertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.] Tertia est quod adiutum aperiat ad gaudia regni celestis iuxta illud *Math. 5.* Beati qui lungen quoniam ipsi consolabuntur & illud *Ioannis 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium*] & illud *Psalm. 125.* Qui seminant in lachrymis in exultatione mentent. Euntibz ibant & flebant mitientes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos: quod est facientes fructus dignos penitentia, reposant habere aeternorum gaudiorum mercedem iuxta illud *Isa. 61.* Spiritus Domini super me &c. Ut ponuerent lungen Sion, & datem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis, pro spiritu meritoris.]

Neque est quod quis rem tam salutarem fastidat ob molestiam tristitiae quam habet coniunctam: quia si talis molestia quotidie luscipitur pro damnis temporalibus quibus nullum adferit remedium, quis eam suscipere recusat ad tot actantas utilitates consequendas: quod & quantas adferit contritus, præsertim cum sufficiat talem tristitiam esse in volun-

voluntate; nec necesse sit redundare in sensu, ut iam in precedentibus docuimus. Accedit quod non desit consolatio Spiritus sancti mouentis & adiuuantis nos in tam fatali opere, ex Concil. Tri. l. sess. 14. cap. 4. ita ut dicere licet ex Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ edificauerunt animam meam.

De Dissuadenda Pénitenti contritionis dilatatione.

S E C T I O . III.

9. Pertinet tertio ad propositam Confessarij prudentiam, ut cum inuenierit Peccatum bene quidem affectum ad contritionem; sed illius executionem vele diutius deferre: studeat ipsum mouere, ad statim exequandam. Tum ex eo, quod indignum sit, statim Christum ante ostium nostrum, seu expectare nos ut misereatur nostri, I. Act. 30. nosque miseros negligere tantum in sericordiam. Tum ex eo quod temerarium sit vibratam in te gladium atcumque sensum (ex Psal. 7.) non statim declinare, sicut & ignem te corripientem non statim excutere. Ne tardes] inquit Sapiens Ecclesiastici quinto, conuerter ad Dominum & ne dicas de die in die: subito enim veniet illius. Et Dominus Matth. 24. Estote parati quia nescitis quia hora filii hominis venturus sit.] Et Luc. 12. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebrie: inveniet dominus seruillius in die qua non sperat, & hora quae nescit, & diuidet eum, parte in qua eius cum infidelibus pone. Neque dicas (ut monet Sapiens in cit. 5. Ecclesiastici) Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur: misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.] Neque eriam nequam sis, quia ille bonus est, misericorditer te expectans ad penitentiam; ac etiam virgines per immisiones morborum aliarumque in commodatum huius vice: & terrores futuri indicij, dando nobis significationem ut fugiamus (quod per contritionem fit) à facie arcuus ex Psal. 59. tanquam missio Angelorum qui distracto gladio nos à via nostra peruersa reuocet ad instar Balaam, de quo Numerorum cap. 22. & 2. Pet. 2.

9. Tum etiam ex eo quod perniciosum sit in cordibus peccati diutius hæcere: quia talis longior mora difficultem reddit reuersionem ad Deum per penitentiam. Cum enim longè sit à peccatoribus salus] Psal. 118. peccatum est quasi ventus contrarius, longè expellens à portu salutis: & quod gratus est, aut iteratur apieps, eo longius expellit, & regesum facit difficultorem. Ad quod pertinet illud Ierem. 13. Si mutare potest Äthiops pellemant pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.] Tum præcepta, quod peccatum disponat ad facilis labendum in nouum peccatum: quasi abyssum, intortante abyssum, & sanguinem sanguinem tangente. Ad quod facilis illud Psal. 68. Aponere iniquitatem super iniquitatē eorum.] Facit etiam illud quod D. Paulus in c. 1 ad Rom. de genitilibus habet: ac illud Apol. 22. Qui in cordibus est, fordefat a nunc.] Quibus accedit, quod excluso Spiritu sancto & Dæmonie dominante in anima, talis mora via iuncta (eodem Dæmonie fatigante) a duritiam cordis: iuxta illud Proverb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemner.]

9. Tum denique ex eo, quod si miserabile in regno sit, Regem potentissimum habere in sensu, grauissima supplicia in ferre parantem, nihil de illo placando curare obla: acommodate: longè miserabilius sit Regem Regum sic habere iratum, ut statua illa punire æternis suppliciis, supra quam cogitari potest grauissimis: & nihilominus negligere oblatam de praetent occasionem (expectata futura omnino incertâ) reconciliandi eum sibi per contritionem: De qua P. f. o. Cor contritum & humiliatum Deus non despicias.] Certe per mortem tollitur omnis talis occasio: & quandoquidem solum tempus huius vita: est tempus obtinendi à Deo misericordiam & liberationem à reatu æternæ damnationis: cui obnoxij sunt, qui se addixerunt Diaboli servituti. De qua Ioannis 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est.] Tollitur, inquam, omnis talis occasio, quia in morte ex cap. 11. Ecclesiastici: si ceciderit lignum ad Autrum, aut ad Aquilonem, in

quocumque loco ceciderit, ibi erit. Hoc igitur Apostolo ad Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum, & maximè bonum contritionis, per quod à Deo in animam carera deriuantur.

Nec sinamus nobis illudi à Diabolo, qui solerat ab illius fabubrero vnu eos quos captiuos tenet auerrere obtrudendo coniutorum, ludorum, chorearum aliorumque id genus oblectationes: cum quibus contritioni tam vacari non potest, quam nemo potest simul flare & sorbere, ut habet prouerbium. Quia in te idem facit calidus hostis, ac faceret is qui deraetam puero pretiosissimam gemmam, pomum ne fleat offerret, non dando in manus sed ostendendo, à longe. Ingerit enim recordationem praeteritarum voluptatum temporalium, per quam fastidium inducit æternarum: sicut memoria carnium & carcerarum rerum quibus Israël ita vni fuerant in Ægypto, illas fecit fastidire manna suauissimum, quo alebantur, & abiicere desiderium terræ promissionis Num. 13. ap. 11. cum quo fastidium inducit penitentiæ horrorem, quemlibet idem Israël ita habuerunt deseriri, per quod iussu Dei eundum illis fuit ad terram promissionis.

92.

C A P V T S E P T I M V M.

De ratione exercendi contritionem.

S V M M A R I V M.

93. Speculantia ad exercitium contritionis de peccatis mortalibus

94. Ratio rite fructuose talis exercitij perficiendi.

95. Ratio exercende contritionis de venialibus.

96. Peccatorum venialium indignitas perniciosa.

97. Qualiter oporteat de peccatis venialibus coram Christo confundi.

98. Ratio tripartitus peccoris, dicendo mea culpa, &c. in signum contritionis.

Pertinet adhuc ad propositam Confessarij prudentiam non tantum ut suum Penitentem ad contritionem exercendam excite, sed etiam cum opus esse viderit, instruat de ratione illam exercendi: de qua ideo dicemus, & paucis. Contritione igitur vel habenda est de peccatis mortalibus vel de venialibus.

Ratio exercendi contritionem de mortalibus. §. 1.

Sed pertinet adhuc ad propositam Confessarij prudentiam non tantum ut suum Penitentem ad contritionem exercendam excite, sed etiam cum opus esse viderit, instruat de ratione illam exercendi: de qua ideo dicemus, & paucis. Contritione igitur vel habenda est de peccatis mortalibus vel de venialibus.

93.

Ide mortalibus; primò relinquare oportet affectum peccati. Secundò sumpto tempore locoq[ue] idoneo, petere a Christo gratiam recordandi & cognoscendi peccata a nobis commissa, de illisq[ue] dolendi. Tertiò reuocare in memoriam multitudinem eorumdem peccatorum. Quarto indignitatem & perniciem illorum (de quibus in preced. c. quinto) ponderare: simulque de illis dolere propter Deum, & veniam petere, cum spe eam obtinendi, & cum proposito non relabendi fide in eadem, siue in alia mortalia: ac de eis suo tempore confundi & pro eis facili faciendi.

94.

Ad ista autem rite peragenda & fructuose iuvenerit prout diligenter Christum ante conspectum nostrum: & contritionem (qua donum Dei est, ut habet Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.) ab eo petere cum animi demissione. Deinde concepta fiducia de ipsius misericordia, erigere mentis oculos ad ipsum qui ex Sapien. cap. 11. dilit omnia quæ sunt & nihil odi eorum quæ fecit.] Intuendo quanto perte peccarum oderit ad eo nimis ut voluerit creaturas suas præstantissimas, tam Angelos quam homines ob ipsum, grauissimis addictas supplicis eorum. Tertio considerare quod ut ab eisdem suppliciis nos eriperet, pro iis satisfaciendo diuinæ iustitiae, misericordissime dolores immensos ac mortem acerbissimam perfere voluerit. Denique ex tanta erga nos misericordia, quonobis suo sanguine gratiam promeruit, & peccatorum remissione: erexit in spem & desiderium liberationis ab æterna illa miseria: ipsum liberatorem nostrum magno amoris affectu complecti: ut redemptorem, satisfactorem & aduocatum nostrum: aque ipsam gratiam & peccatorum remissionem petere instanter, quam non negabit bonus pastor qui perditam querit, humerisque suis imposita in ouile reportavit Luc. 15. Cui petitioni comite adiungere oportet considerationem, qua coram ipso Christo, confundamus erubentes de misero nostro statu: perpendentes, quid perdidierimus per peccatum mortale: nempe Deum bo-